


LUX ET VERITAS



inueniri. Fac vt voluntatem patris celestis fa
ciam. et verba tua audiens opere adimpleam
vt in te firmatus nullis a te separer tentatio
nibus Amen

De curationi leprosi. Oratio





Domi
ne iesu criste
qui de monte
paternis fo
liis et virgi
nalis vteri de
scendisti. vt
sanares leprā
generis hu(m)a
ni. ecce ego le
prosus variis peccatorum maculis aspersus.
Adoro te domine si vis potes me mundare
Extende manum gratie & pietatis. tange in
teriora et exteriora leprosi te inuocantis. mi
serere michi penitenti. et impera morbo peccati

Deus meus et misericordia mea . qui non vis morte
peccatoris . sed vt conuertatur et viuat . Perfice
hec in me peccatore . vt in anima non moriar .
sed conuertar et viuam tecum in eternum
Amen

De seruo paralitico centurionis . Oratio .



Domine iesu criste non sum dignus vt intres sub tectum carnis mee . quia puer sensualitatis iacet paraliticus dissolutus morbo peccati in domo corporis mei . et male torquetur concupiscentiarum motibus . sed veni per gratie infusionem . et dic verbo veritatis . vt sanetur puer meus . et resurgat a peccatis .



o
mi
ne deus omi
potens qui
omnia que ce
li ambitu cõ
tinentur sub
pedibus hõis
subiecisti. vt
solus homo ti
bi subiectus
esset totus exteriora nempe pro hominis cor
pore cuncta creasti. ipsum vero corpus pro
anima animam vero pro te. vt tibi soli vaca
ret et te solum amaret. qui etiam das iume
tis escam ipsorum ac volucribus celi et piscib9
maris pastum. da michi huius vite necessa
ria ad salutem meam et ad laudem tuam. vt
sic per te prouisus melius tibi vacare valeam.
da quoq michi in omni defectu et penuria
patientiam ne pusillanimitate fractus defi

hoo

ciam Amen.

De maco manum aridā habente Oratio.



Domine iesu criste rogo te per viscera misericordie tue. vt me mancum ad faciendum bona inualidū digneris misericorditer sanare. et ad omne opus bonū fortem & aptum facere. Fac me stare in medio virtutum vt te iubente et faciente extendam ad iustitiam non ad iniquitatem man⁹ meas. meq in bonis exercendo tuum beneplacitum in omnibus faciam. et in malis arescendo ab offensa tua omnino abstineam. Da michi bone iesu vt pre omnibus diuitiis et delitiis seculi intendam verbo dei ac mee &

Presta misericors deus michi misero sub potestate tue gratie constituto. et habenti de tua gratia sub me vires & virtutes naturales. vt habeam potestatem cogitationes. et motus noxios repellendi. et in bonis imorandi ac corpori vt spiritui seruiat imperandi. Amen.

De curatione demoniaci. Oratio.



Domine iesu criste remoue et eiice spiritu immundu a me ne aliq° modo me valeat maculare vel i maculis detinere. vt si met appaream mundo mortuus. cum a possessore prauo qui per immunda desideria nos agitat fuero liberatus. Peto etiam

domine te medicum animarum. vt me curare digneris a febre vitiorum. quatenus surgens abeis valeam tibi ministrare. et gratiam serui tutem exibere. Tu etiam domine cura me. et os variis anime detentos languoribus. vt a pecca ti sani & incolumes facti tibi ministremus. et bena placita tua peragamus Amen

De suscitatione filii vidue Oratio



Domine iesu criste veni in naym animam flu ctuentem te tationibus a propinqua porta cohi bendo. ne per sensus veni ant ad effectus. accede per gratiam. tange per correctionem. stent portitores occasiones pec

hoo

aliorum saluti. Amen

De demoniaco ceco & muto Oratio



O Verax virtus eiice a me demonium per cōtritionem. O Verbum patris sana mutum per confessione. O intima lux illumina cecum per satisfationem. et vt fortis armatus me non possideat vniuersa arma eius. scilicet vires anime mee interiores et corporis sensus exteriores in tuum conuerte obsequium. Opto etiam et desidero deus altissime. vt quotienscumq malignus spirit⁹ abominandas cogitationes blasphemie michi immiserit. totiens ex voto omnium desideri

orum meorum ineffabilis laus et gratiaru
actio tibi sit in perpetuas eternitates. et blaphe
mia sua secum sit in perditionem. Amen :

De iudeis signum de celo querentibus. Et
de spu immudo oli eiecto ab eis. Oratio.



Domine iesu xpe
magister
bone. fac me
cum signu
gratie tue i
bonum. vt
me miseru
quem cetus
et draco ille
magnus absorbuit peccatis spiritualibus
et carnalibus tanq̃ diebus & noctibus. et hoc
tribus. quia consensu et opere. ac consuetudi
ne tu misericorditer de faucibus eius digne
ris liberare. Fac etiam me preterita peccata

ho

tionum flatibus et motibus. veni et gradere super cordis fluctus vt serena et tranquilla fiant omnia mea. Requiescat in te deus meus cor meum. cor magnum mare tumens fluctibus dormiat ab omnibus que sub celo sunt vigilans in te. quatenus amplectar te vnu bonum meum. et comtempler te lumen oculorum meorum. et letabundus cantem & dicam. ego dormio. et cor meum vigilat. et illud. In pace inidipsum dormiam & requiescam. Amen

De duobus demoniacis a legione obsessis



Oratio



Domine iesu criste amator hominum benignissime. sup

plico lachrymabiliter bonitati tue. libera me ab omnibus peccatorum sordibus. et demonũ infestationibus. meq ab eis liberatum vsq in finem misericorditer custodi illesum. vt ad tuam gloriam et proximorum vtilitatem va leam verbis narrare et operibus demonstrare q̃ta magnalia feceris anime mee per tuam gratiam liberare. quatenus cognoscentes ce teris. quia hec mutatio dextre excelsi. omnes meo exemplo prouocentur. et te miserante ad meliora conuertantur. Amen.

De curatione paralitici per tectũ dimissi. oro



Domine iesu criste qui in passione tua naui culam crucis ascen disti. in

hoo

